~~(RA 1278 D n. 31 f. 130 r-v; 131 r)~~ (~~13~~) 160

ipsam salis ultra quantitatem eandem, ut superius est expressum, et ultra quantitates predictas aliis uncias auri quadringentas dicti ponderis generalis, in quibus dictus Matheus de Riso augmentavit cabellas ipsas secrecie et salis. attendentes nos utilitatem nostre curie in hac parte, de ipsius Mathei de Riso fide et legalitate confisi, concessimus sibi in extalium cabellam dicte secrecie pro unciis auri decem ~~et~~ octo milibus octingentis quinquaginta septem tarenis IIII granis XIII ponderis generalis et pro predicta summa victualium et vini et iure et proventuum salis pro tota et integra illa quantitate pecunie, quam predicti Bartholomeus et Laurencius olim magistri procuratores et portulani Sicilie de proventibus et iuribus salis pro tempore eorum officii pro anno uno completo ad plus curie nostre pure et liquide dederunt dabunt et dare debebunt, sicut apparebit per racionem eorum, quam de officio salis posuevint coram magistris racionalibus supradictis, et ultra quantitatem ipsam pro unciis auri ducentis ponderis generalis, in quibus pro presenti anno II. indictionis iura et proventus salis dicti Andreas Peregrinus et socii in nostra curia augmentavit (vint), sicut cabelle ipse secrecie et salis predictis Andrei Peregrino et sociis fuerunt per excellenciam nostram concesse, et ultra totas quantitates predictas pro aliis unciis auri quadringentis ponderis generalis in quibus idem Matheus cabellas secrecie et salis

~~a. Rg. proventuum~~

Picum Jam